

www.e-rara.ch

Explanatio epistolae apostoli Pauli ad Philemonem ...

Humel, Johann Henrich

Tiguri, 1670

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-16373>

Sermo CLIV.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SERMO CLIV.

Textus idem, Philem. v. 20.

HÆc verba jamjam consideravimus in *Gene*re in præcedentibus : nuper specialio- rem tractationem inchoavimus, & ex con- nectione horum & antecedentium verborum, hanc proposuimus doctrinam; *Quòd in exactio- ne debitorum non debeamus esse nimis rigidi, sed potius, si debitor ad pauperiem redactus est, remittere debita, &c.*

Jam ad verba textus progredimur, quæ, ut jam audivimus, continent vehementem obse- crationem, quâ Paulus Philemonem permo- vere vult, ut benignè recipiat Onesimum. Bis autem addit, quòd hoc expetat in Domino, in Domino. Hisce testificatur Apostolus, quòd hoc expetat à Philemone in Domino, ist est, secun- dum voluntatem Domini, item propter Domi- num, significans, se hoc efflagitare non tantum propter se, vel ut Onesimo tantum sic placeret, sed quia sciat, hocce postulatum etiam placere Domino, seque id petere tantum in Domino, prout hic debet esse scopus omnium actionum hominis Christiani, maxime verò Ministri E- vangeli, ut prout omnia habet à Domino, sic in omni proposito id intendant, ut non tam sibi placeat quàm Domino, &c.

Δ. Docemur autem hic: *Quòd nil debeat- mus petere vel querere, vel pro nobis, vel pro aliis, nisi quod facere licet, & petere possumus in Domino, &c.*

Quæcunque præstari volumus ab aliis, si quid eis persuadere, id fiat in Domino, id est, mo- do tali, qui conveniat cum Domini voluntate, nec sit contra eam. Id quod videmus in nostro Apostolo hoc loco & alibi; hoc enim loco ani- mus ipsi est movere Philemonem, ut suprâ di- ctum, at id èν Κυρίω. 1. Thess. 4: 3, 7. cum eos hor- taretur ad sanctimoniam, etiam hoc addit, quia hæc sit Domini voluntas: *Hæc est Dei voluntas vestra sanctificatio*, id est, Deus hoc postulat à vobis, ut sitis sancti: is jubet, cujus natura san- cta, cujus sancta voluntas, quem etiam nemo nisi sanctus videre potest, Hebr. 12: 14. Rom. 16: 2. cum Apostolus Romanis commendaret Phœben, etiam perit èν Κυρίω. cum vers. 8. nunciaret salutem dilectis suis, etiam addit, quòd eos diligat in Domino, & sic, vers. 11, 12, 13, 22. Philippenses suos monet, ut sint constantes in Domino, gaudium quæ exigit in Domino, Phil. 4: 1, 4. utque idem sentiant in Domino, Phil. 3: 1, 2. 2. Cor. 10: 17. vult, ut si quis velit gloriari, id fiat in Domino; sic hortatur suos Ephesios, ut ambulent in Domino, Eph. 5: 10. Phil. 2: 29. vult ut recipiant Epaphroditum, sed in Domino, Col. 1: 10. vult ut ambulent èν Κυρίω, 1. Tim. 2. monet subditos, ut sint devoti, sed addit, vers. 3. *Hoc bonum est & acceptum coram Deo servato- re nostro*, Eph. 5: 22. Monet uxores, ut sint sub-

ditæ maritis, sed addit èν Κυρίω. Hisce limi- tatur obedientia, ne fiat contra Dominum, ra- tioque additur, fiat prout Domino placet, Col. 3: 18. sic 1. Cor. 7: 39. præcipit, ut in Domino matrimonium ineant, Eph. 6: 1. liberis mandat, ut parentibus obediant, sed etiam èν Κυρίω; imò sic fieri vult omnia, Col. 3: 17. Phil. 4: 8. post enarrationem virtutum & commendationem operis misericordiæ, addit, esse sacrificium Deo placens, vers. 8. Esth. 4: 14. cum Mardochai Estheræ veller persuadere, ut se pro Ecclesia per- iclitante sisteret, id facit ex hoc fundamento, quòd id petat propter Dominum, non suo, sed Dei nomine, ipsique indicat, quòd Dominus ob hanc ipsam causam eam in regnum evexerit. Quasi dicat, hoc debes Deo & Ecclesiæ, Deus te eo sine huc duxit, ut populum ejus reficias. Sic Nehemias hortatur divites & præfules populi, ut omnia restituant; Cur? quia Deo placeat, quem timere debeant, Neh. 5: 9, 11, 12. Et hu- jusmodi testimonia quamplurima adduci pos- sent ejusdem sensus. Sed & addi possunt ra- tiones.

Rationes.

1. Mandatum habemus, ut coram Domi- no ambulemus, Gen. 17: 1. imò cum Deo, ut Gen. 6: 9. de Noacho; At tum Deus est nobis- cum, si omnia, quæ optamus & agimus, in Deo, per Deum & propter Deum petimus & agi- mus.

2. Omnia, quæ petimus & facimus, fieri debent in charitate, 1. Cor. 16: 14. at charitas omnia petit in Domino; nihil sine Domino, vel citra ejus voluntatem optat, gaudetque ju- stitiâ, 1. Cor. 13: 6. Ipsi jam Ethnici ex lumine naturæ id perspexere. Cic. de amicis. inquit. *Hæc prima lex in amicitia sanciat, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogari.*

3. Si nostras petitiones, sive pro nobis sive pro aliis, in Domino fundamus, tum certi sumus, eum petita, ut ardua & difficilia, non de- negaturum. Matth. 17: 22. hoc videmus in mu- liere Cananæa, quæ accedens Christum ob fi- liam afflictam ter repulsam passa est, idque duris verbis; at petita sua fundavit per fidem in Do- mino, idè abigi non vult, sed tandem quod pe- tit obtinet. Idem videmus in Mardocho: ter ab Esthera Regina paritur repulsam, at quia omnia petit in Domino, tandem quod petit as- sequitur, Esth. 4: 13. seqq.

4. Si ita, quæ pro nobis vel aliis petimus, in Domino quærimus, tum de Domini benedi- ctione in laborem nostrum possumus esse certi; ipse enim est, qui omnium hominum corda ma- nu sua tenet, & mover pro sua voluntate. Ha- man ad eminentiam evehctus etiam à Rege po- stulat, ut omnes Judæos internectioni devoveat, petit, & obtinet, at non videt executionem, ipse potius perit turpi morte; Cur? Quia non in Domino fundatum ejus postulatum: hinc Do- minus aliter rexit, sed Mardochai postulato Deus benedixit, ut plus quàm postulavit impe- trarit. Videris veritatem.

Doctri-
na.
Quidquid
ab aliis ef-
flagitamus,
debet esse
honestum &
iustum.